



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de**

**Coloniae Agrippinae, 1655**

VIII. In Catholicis Ecclesiis omnia vocalia; in Calvinisticis omnia muta sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

menij, omnesque Orientales atque Occidentales, numquam in sacrificijs suis aut ceteris diuini cultus partibus profano vestitu vti voluerunt. Soli Calvinistæ eodem quo in foro & vbiq; alias videntur habitu, sacra (si modo quidquam apud eos sacrum) tractare nõ verentur. At profano ac comrauni habitu hic vtendum non esse, quum alij tum S. Hieronymus vos docet Vidi ego è Principibus nostris aliquem, nouæ religioni addictam, qui repletum quodam ingressus, eiusque munditiem ac ornamenta, vt & Episcopi actorius Cleri splendorem conspicatus, cum Ministro suo deinde expositulauit, sub vlmeto, vbi pila ludere pueri solebant, sine vilo ornatu aut ceremonijs sermones suos deblaterante.

VII. Vidimus horrea vestra, domini Reformati, quæ ex vobis nonnulli cum paganis & Iudæis Tēpla appellant: videre vos nostras vicissim ecclesias. Sic enim à primis Christianis post S. Paulum nominatas fuisse, (h) ex Tertulliano S. Augustino, (i) Eusebio & Nicephoro discimus, qui eadem etiam Columbarum ædes appellant. Videbitis & difficia præcella, quorum frontispicium semper Orienti est obuersum. Et quia eadem Naui quam similitima sunt, S. Clemente teste: (k) structuram eorum accuratius aliquanto vobis ostendam, vt tanto magis eius structuræ, cuius illa Noë Arca figuram representauit, cuiusque illa piscatoria S. Petri nauicula adhuc figuram gerit, fundamenta, firmitatem ac pulcritudinem admiremini. Vt enim Mundus mari; sic Ecclesia, fluctibus huius Mundi innataus, Naui comparatur. Magnum illud ac sinuosum atrium puppim representat; Chorus, proram. Malus turrim; antenna, Crucem. Et quemadmodum in Naui (de maioribus loquimur) vt & in Arca illa Noetica tres plerumque sunt contignationes; sic Ecclesia tribus constat ordinibus quorum primus idemque infimus est Coniugatorum, secundus Viduarum ac cœlibum, tertius Virginiũ, reliquis excelssior. Naui in tres partes præcipuas secundum longitudinem diuiditur, proram, foros, & puppim; sic Ecclesia ex tribus his partibus, secundum Mundi ætatem distributis, composita est. Lege scilicet Natuæ, Synagoga Mosæica, & Euangelio. In Naui reuatiom est, in quo varia res ad alimentum pertinentes afferuntur: Ecclesia itidem diuersis alimentis instructa est, ac præcipue Sacramentis: inter quæ *Baptismus*, Aqua dulcis; *Corpus Domini*, Panis bis coctus est quibus in hoc Mundi Oceani circumnauigantes anime

nostræ aluntur ac sustentantur. Arma vero ac tela Ecclesiæ sunt, orationes, benedictiones, exorcismi, excommunicationes, aqua & panis benedictus, sacra reliquia, aliaque id genus, quibus non solum contra hostes nos defendimus, sed etiam vltro eosdem oppugnamus. Penu Ecclesiæ est *Sacristia*. Merces quibus hæc nauis onerata est, sunt *merita*, & *satisfactiones* Iesu Christi, *Deiparæ Virginis*, & *Sanctorum*, quibus, vbi per sacrificia, sacramenta & *Indulgentias* nostra facta fuerint, debita nostra peccatis nostris contracta, exsoluimus, meritisque per sacrificia & sacramenta applicatis, gratiam Dei in hac, & gloriam in altera vita redimimus ac mercamur. Naui rectores sũt diuersi Ecclesiæ *Officiarij* ac *Prælati* gubernator, *Papa* est seu *Pontifex Romanus*, qui in puppi, id est, *Apostolica Sede*, ad elauum sedet. Clauus vero vel gubernaculum est pedum siue baculus pastoralis. Et baculus quidem siue virga semper Iurisdictionis insigne fuit, etiam apud profanos. Inde non pastores solum pedis, sed & Reges sceptris, & magnates scipionibus, & augures lituis vsi sunt. Hoc baculo tamquã sceptro *Papa* nauim gubernat tumultuantes coerct, errantes reducit, ignaues excitat. Reliqui *Officiarij* sunt *Episcopi* & alij *Prælati*: inter quos *Confessarij* velut sentinam peccatorum exhauriunt. *Propheta* velut in specula constituti, non imminentes modo tempestates, sed & breuiã, sirtes ac scopulos naufragijs infames, vt & piratas obseruant, vt que ab eis cauere nobis possimus, ostendunt. *Concionatores* vero mores hominum ac vitam ad diuini Verbi præscriptum, tamquam ad magneticam acum dirigunt, diuinam iram contra peccata nostra, minas pœnarum, ac iudicia Dei certissima annunciant, tum piratas eorumque conatus detegunt, & vt contra eosdẽ fortiter pugnemus exhortantur. *Anchora* huius Naui *Spes* est, quæ in Deo fundata, contra omnium hostiũ impetus tutos nos præstat. Ecce tibi Naui Catholicæ nostræ Ecclesiæ, ecce mysticam eiusdem structurã. Tu sodes, hæretice, eodẽ modo horrea macella, bouũ & equorũ stabula, in quibus Verbum Dei, si dijs placet, prædicatis, nobis depinge.

VIII. Hæc vero Ecclesiæ merito Dei habitacula, sedes pietatis ac deuotionis domicilia dicuntur: in quarum medio apud primos Christianos, vt apud Lactantium legere est, loco ceteris eminentiori Crucis ac Crucifixi signũ statutũ fuit, ad quod in genua prostrati fideles, orationes suas ad Saluatorẽ

Cruci  
h. t. Cor. 11. i. Adu. Val. 1. 2. k. lib. 2. Const. cap. 16. Lib.  
6430.

Crucifixum fundebant. (I) Hic ille locus est, ubi Christianus singulis horis vitæ suæ rationes Deo reddere, reatus fateri veniam ac gratiam implorare sacrosanctam Eucharistiam adorare, altare in quo iuge ac perpetuum illud sacrificium quotidie Deo offertur, deosculari, Sanctorum reliquias venerari, omnia denique religiosæ deuotionis exercitia obire potest ac debet. In nostris ecclesijs omnia deuotionem, adeoque diuinam quandam maiestatem spirant ac loquuntur; in illo eum templis etiam quæ maxime ornata videntur, omnia tristitia sunt & horrida. Adeo vt loca ipsa facile tepidos auditoriū erga diuinam cultum affectus arguant. Finita concione, hæreticorum templa clauduntur, neque cuiquam precandi causa ingredi licet: alibi vero deambulationibus alijsque profanis actionibus feruiunt. Atqui Verbum Dei docere vos poterat, quibus vsibus templa destinata esse debeant, vt scilicet Deum ibi adoremus, eique vota nostra ac preces offeramus. Numquid enim Saluator ipse dicit, *Domus mea Domus orationis est*. Non inquit, Concionis. Neque vero legimus in templis olim concionari aut Verbū Dei interpretari motis fuisse: sed hoc in synagogis, quas nos Scholas & Collegia vocamus, fiebat. Vnde S. Chrysostomus dicentibus: *Quid nos templa adeamus, quum nemo ibi sit qui concionetur?* respondet: *Hoc illud ipsum est quod omnia perdit ac corrumpit*. Sed ad Reformatorum ceremonias redeamus.

IX. *Minister conscenso suggestu, caput aperit, atque omnium nomine preces auspiciatur: diebus quidem festis (reliquis enim certa formula non vtitur, sed quam vult sibi fingit) his sero verbis concepat: Domine Deus æterne pater omnipotens: Confitemur atque sine vlla dissimulatione coram diuina tua maiestate agnoscimus, nos esse miseros peccatores in iniquitate & corruptione conceptos, inclinatos ad malum, & inutiles ad omne bonum, &c.* Sic precante Ministro qui vult ingenua se dimittit, ac præeuntis verba tacitus subsequitur, qui vult iidem, tamquam lapis stat immotus. In Belgio Reformati isti dum hæc faciunt, aut stant aut sedent. Et sicut Catholici in ecclesijs suis vultum versus altare conuertit, sic Calvinistæ nostri in Gallia Ministro precanti tergum plerumque obuertunt: vt bonus ille pastor è suggestu posticam ouium suarum partem aspiciat. Peracta precatione, quæ momento fere absolvitur, vt pote breuis admodum, qua quidem libenter illi vtuntur, vt quum cælorum rimas facile penetrare boni isti locij dicunt, quum tamen D. Paul-

lus in Ecclesia sine intermissione orationes fieri velit (m) & rex ac Propheta Dauid dies ac noctes permutatis in senas horas cantorum vicibus diuinas laudes decantari instituerit) breui inquam, peracta precatione, præeuntor sectionem Psalmi alicuius vernacula lingua intonat, cui statim omnes, viri, feminae, senes, pueri, adeoque etiam cantandi plane imperiti adgrunniunt magis quam accinunt. Sed propudor! Maiori certe reuerentia Iudæi sacra sua transtant, apud quos nemini nisi Leuiticis Dauidicos Psalmos in templis decantare licet. Hic vero quisque vocem intendunt aut remittunt prout in buccam venerit, vnde dici non potest quam in amœna & omni harmonia carēs, harmonia existat, quæ tantum abest vt animum ad deuotionem accēdat, vt etiā aut risum aut indignationē moueat.

X. Vidit ego Lutetia tum quum Galli nostri velut lymphati nouam doctrinam ac doctores ceteruatim sequebantur, tantam sæpe in cantu existere confusionem, vt ille quidem in hoc angulo vnum, hic vero in altero alium versum decantaret; neque Minister quamuis manus pedesque comploderet, in harmoniam confusum illud tam variarum vocum chaos redigere posset. Quod si pauci tantum conveniant, mirum est quomodo puellæ in primis tenuem illam & suauem suam vocem explicent, & virorum aures demulceant. Facile hic cogitari potest, vtrum illæ cor magis in Deo quam iuuenes in puellis & cor & oculos defixos habeant. Atqui à Cantatrice vt tibi caueas Ecclesiasticus monet, ne in laqueos ipsius incidas. Nihil in hoc sancta illa ac prisca Ecclesia stulto Calvinismo simile habuit. *Tacere feminam in Ecclesia D. Paullus*, cantare Calvinus iubet. At vt apud Deum nulla maris ac feminae esse distinctionem eodem D. Paulo teste. Hoc eodē testimonio veteres hæretici probare voluerunt, tam feminis quàm viris permissum esse prædicare Verbū Dei. Atque hoc loco S. Apostolus non de munerum aut sexus distinctione, sed de æqualitate vocationis ad salutem æternam loquitur. Hinc Cyrillus inquit, *Virginum & vxorum labra quidem loqui & canere, sed absistentibus nõ audiendas esse. Quia inquit, feminam in Ecclesia loqui prohibea*. Idem Tertullianus docet. S. Hieronymus nõ Pelagiū mihi, sed Caluioū alloqui videtur, quādo eū increpat quod mulieribus non solum Scripturas in manus dederit, sed easdem cantantes quoque audire velit. Addens Psalmos

Tt 3

I Car. de poss. dom. Ep. li. 4. ca. 26. &amp; 27. in Tbeff. 1. Ep. 5